

ed. Fedeli 1984

4

Tarpeium nemus et Tarpeiae turpe sepulcrum
fabor et antiqui limina capta Iouis.

lucus erat felix hederoso conditus antro,
multaque nativis obstrepit arbor aquis,

Silvani ramosa domus, quo dulcis ab aestu
fistula poturas ire iubebat ouis.

hunc Tatius fontem uallo praecingit acerno,
fidaque suggesta castra coronat humo.

(quid tum Roma fuit, tubicen uicina Curetis
cum quateret lento murmure saxa Iouis,

atque ubi nunc terris dicuntur iura subactis,
stabant Romano pila Sabina Foro?

murus erant montes: ubi nunc est Curia, saepta;
bellicus ex illo fonte bibebat equus).

hinc Tarpeia deae fontem libavit: at illi
urgebat medium fictilis urna caput.

et satis una malae potuit mors esse puellae,
quae uoluit flammis fallere, Vesta, tuas?

uidit harenosis Tatium proludere campis
pictaque per flauas arma leuare iubas:

obstupuit regis facie et regalibus armis,
interque oblitus excidit urna manus.

saepe illa immeritae causata est omina lunae
et sibi tingendas dixit in amne comas:

saepe tulit blandis argentea lilia Nymphis,
Romula ne faciem laederet hasta Tati:

dumque subit primo Capitolia nubila fumo,
rettulit hirsutis brachchia secta rubis,

et sua Tarpeia residens ita fleuit ab arce
uulnera, uicino non patienda Ioui:

'Igne castrorum et Tatiae praetoria turmae
o formosa oculis arma Sabina meis,

utinam ad uestros sedeam captiua Penatis,
dum captiua mei conspicer esse Tati!

Romani montes, et montibus addita Roma,
et ualeat probro Vesta pudenda meo:

ille equus, ille meos in castra reponet amores,
cui Tati dextris collocat ipse iubas!

ed. Fedeli 2022

4

Tarpeium scelus et Tarpeiae turpe sepulcrum
fabor et antiqui limina capta Iouis.

9 Quid tum Roma fuit, tubicen uicina Curetis
10 cum quateret lento murmure saxa Iouis?

13 Murus erant montes; ubi nunc est Curia saepta,

14 bellicus e uiuo fonte bibebat equus,

11 atque ubi nunc terris dicuntur iura subactis

12 stabant Romano pila Sabina Foro.

7 Hunc Tatius fontem uallo praecingit acerno

8 fidaque suggesta castra coronat humo.

3 Lucus erat felix hederoso conditus antro

4 multaque nativis obstrepit arbor aquis,

5 Siluani ramosa domus, quo dulcis ab aestu

6 fistula poturas ire iubebat oues.

15 Hinc Tarpeia deae laticem libavit: at illi

16 urgebat medium fictilis urna caput.

19 Vidit harenosis Tatium proludere campis

20 pictaque per flauas lora leuare iubas:

obstupuit regis facie et regalibus armis,

interque oblitus excidit urna manus.

Saepe illa immeritae causata est omina lunae

et sibi tingendas dixit in amne comas;

25 saepe tulit blandis argentea lilia Nymphis,

Romula ne faciem laederet hasta Tati:

cumque subit primo Capitolia nubila fumo,

rettulit hirsutis brachchia secta rubis,

et Tarpeia sua residens ita fleuit ab arce

30 uulnera, uicino non patienda Ioui:

«Igne castrorum et Tatiae praetoria turmae

et formosa oculis arma Sabina meis,

Prop. 4, 5, 53-58 (ed. Fedeli 2022)

Aurum spectato, non quae manus afferat aurum!

Versibus auditis quid nisi uerba feres?

55 [Quid iuuat ornato procedere, uita, capillo
et teneas Coa ueste mouere sinus?]

Qui uersus, Coae dederit nec munera uestis,
istius tibi sit surda sine aere lyra.

Prop. 1, 18, 19-32 (ed. Fedeli 1984)

uos eritis testes, si quos habet arbor amores,
20 fagus et Arcadio pinus amica deo.

a quotiens teneras resonant mea uerba sub umbras,
scribitur et uestris Cynthia corticibus!

an tua quod peperit nobis iniuria curas?
25 quae solum tacitis cognita sunt foribus.

omnia consueui timidus perferre superbae
iussa neque arguto facta dolore queri.

pro quo, diuini fontes, et frigida rupes
et datur inculto tramite dura quies;

et quodcumque meae possunt narrare querelae,
30 cogor ad argutas dicere solus auis.

sed qualiscumque es, resonent mihi 'Cynthia' siluae,
nec deserta tuo nomine saxa uacent.

Prop. 2, 34, 85-94 (ed. Fedeli 1984)

haec quoque perfecto ludebat Iasone Varro, 85
Varro Leucadiae maxima flamma suae;

haec quoque lasciuī cantarunt scripta Catulli,

Lesbia quis ipsa notior est Helena;

haec etiam docti confessa est pagina Calui,
cum caneret miseræ funera Quintiliae.

90 et modo formosa quam multa Lycoride Gallus
mortuus inferna uulnera lauit aqua!

Cynthia † quin etiam † uersu laudata Properti,
hos inter si me ponere Fama uolet.

Considera l'oro e non la mano che porta quell'oro!

Sentiti i suoi versi, cos'altro con te porterai se non le parole?

[«Vita mia, a che ti serve incedere con la chioma acconciata
e agitare le pieghe sottili della veste di Cos?»]

Se uno ti offrirà versi e non ti farà dono della veste di Cos,
la sua squattrinata lira rimanga per te silenziosa.

Prop. 1, 18, 19-32 (ed. Fedeli 2021)

Vos eritis testes, si quos habet arbor amores,

20 fagus et Arcadio pinus amica deo:

ah, quotiens tenera resonant mea uerba sub umbra,
scribitur et uestris Cynthia corticibus!

Ah, tua quot peperit nobis iniuria curas!

Quae solum tacitis cognita sunt foribus.

25 Omnia consueui timidus perferre superbae

iussa neque arguto facta dolore queri.

Pro quo dumosi montes et frigida rupes

et datur inculto tramite dura quies;

et quodcumque meae possunt narrare querelae,

30 cogor ad argutas dicere solus aues.

Sed qualiscumque es, resonent mihi «Cynthia» siluae,
nec deserta tuo nomine saxa uacent.

Prop. 2, 34, 85-94 (ed. Fedeli 2021)

85 Haec quoque perfecto ludebat Iasone Varro,

Varro Leucadiae maxima flamma suae;

haec quoque lasciuī cantarunt scripta Catulli,

Lesbia quis ipsa notior est Helena;

haec etiam docti confessa est pagina Calui,

90 cum caneret miseræ funera Quintiliae.

Et modo formosa quam multa Lycoride Gallus
mortuus inferna uulnera lauit aqua!

Cynthia iam quinta est, uersu laudata Properti,
hos inter si me ponere Fama uolet.

Prop. 4, 11, 1-4 (ed. Fedeli 2022)

Desine, Paille, meum lacrimis urgere sepulcrum:
panditur ad nullas ianua nigra preces;
cum semel infernas intrarunt funera leges,
non exorando stant adamante uiae.

Paolo, cessa di opprimere con le tue lacrime il mio sepolcro:
la nera porta non si spalanca ad alcuna preghiera.
Una volta che i defunti siano passati sotto le leggi degli Inferi,
la via d'uscita è bloccata da inesorabile acciaio.

Prop. 4, 11, 63-64 (ed. Fedeli 1984)

Tu, Lepide, et tu, Paille, meum post fata leuamen,
condita sunt uestro lumina nostra sinu.

Prop. 4, 11, 63-64 (ed. Fedeli 2022)

Tu, Lepide, et tu, Paille, meum post fata leuamen,
condita sunt uestra lumina nostra manu.

Prop. 1, 2, 1-24 (ed. Fedeli 2021)

Quid iuuat ornato procedere, uita, capillo
et tennes Coa ueste mouere sinus,
aut quid Orontea crines perfundere murra,
teque peregrinis uendere muneribus,
naturaque decus mercato perdere cultu,
nec sinere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi, non ulla tuae est medicina figurae:
nudus Amor formam non amat artificem.
Aspice quos summittat humus non culta colores,
ut ueniant hederæ sponte sua melius,
surgat et in solis formosius arbutus antris
et sciat indociles currere lymphæ uias.
Litora natius perlucet picta lapillis
et uolucres nulla dulcius arte canunt.
Non sic Leucippis succendit Castora Phoebe,
Pollucem cultu non Helaira soror;
non, Idæ et cupido quondam discordia Phoebo,
Eueni patrius filia litoribus,
nec Phrygium falso traxit candore maritum
aucta externis Hippodamia rotis;
sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
qualis Apelleis est color in tabulis.
Non illis studium uulgo conquerere amantes,
illis ampla satis forma pudicitia.

Vita mia, a che ti serve incedere con la chioma acconciata
e agitare le pieghe sottili della veste di Cos?
A che inondare i capelli di mirra d'Oronte,
metterli in mostra con ritrovati esotici,
sciupare il fascino naturale con trucchi comprati
e non consentire alle tue membra di risplendere dei loro pregi?
Credimi, al tuo aspetto non sono necessari ritocchi:
Amore, nudo, non ama un'artificiosa bellezza.
Guarda quali colori fa sbocciare la terra incolta,
come l'edera selvatica cresce più rigogliosa
e più bello spunta il corbezzolo negli antri remoti
e sa percorrere l'acqua sentieri da nessuno tracciati.
Brillano le spiagge dei colori di naturali mosaici
e più dolcemente cantano gli uccelli senza alcun'arte.
Non così la leucippide Febe accese d'amore Castore
né la sorella Elaira coi suoi ornamenti Polluce.
Non così un tempo fu causa di lite per Ida e Febo voglioso
la figlia di Eveno sui lidi paterni,
né con un falso candore attirò il pretendente di Frigia
Ippodamia, portata lontano da ruote straniere.
La bellezza del volto non dipendeva da pietre preziose
e il colorito era quello dei dipinti di Apelle.
Non si curavano di fare ovunque strage di cuori:
a renderle bella bastava l'arte.